



Nobilissimo, Amplissimo, Doctissimo Viro
Constantino Hugenio
equiti etc. S. P. 8

Vir nobilissime

In illustri maximorum Principum apparatus et transmarinis
sponsalibus apud multos ignava gratulantis vox est, quae cogitati-
onis septo immoritur, neque publicos testes agnoscit. In hanc cen-
suram promior illis mens est, quibus in te pluculum permiserit ex
familiari cantillationum consortio nata facilitas. Itaque velis nolis
saepe arbitrio aliorum cereas cogitationes habere decet, cum illis
ad obleti argumenti dignitatem praerit animi serenitas. Sic ami-
corum monitis aures nunc perbas gessi; non publicis ^{alioquin} placidus de-
coctos privati silentij ingratitude futuris et tacita votorum
diligentia, sed nubila fortuna daturus hanc a sereno opere ces-
sationem. Accedebat Batavia felicitas in tanto ingeniorum,
proventu, quae dotati velut Pindo superbiunt. Ad symbolam ta-
men compulsum hortantium stimulis obmutescere non debui;
potiusque affectanda fuit inter curas, hilaritatis remorsus, augustis
sponsalibus consueta festivitas, quam prodendum ^{violata} ~~peribata~~ amicitiae
crimen. Comitari ergo Nassobium germen ausus sum, et inertis ple-
ctri timidum misere cum sulphureo tormentorum navalium tur-
bine. Monturus, inquit, tonus inter stupenda tonitrua, id est exitus
poetae inter Databorium stentoras. fateor, si de laudis demensio
certamen esset; quam ut alys in lotum cedo, ita mihi vendico
solius conatus encomium. Audax tamen facinus sacra tangere
longo submoti augustae venerationis intertallo, ut velut in ~~opor-~~
tun bona dea irrumpat profanus, quisquis Principali purpurae
manus sic religioas admoberit. Sed tuo se cultu commendat plebea
simplicitas et ambituoso quorundam fulgore paria facit. Talem
me aula vestra infero et Celsissimi Principis sacratio hac pro-
pemptia dedicatione; quae tua manu transibit ad Excellentissi-
mi Herois oculos, si consultum judicaberis, rei nobis inexpecta
quarus. Aliquot hic exemplaria habes, offerenda post quibus
visum, si in Dacis nostri conspectum prodire nefas fuerit.
Negoty gesti eventum siue percipio, ubi tantum abs re tua
habet, ut ad literales modici temporis spatium pateat. Vere-
cundiae autem nostrae equus arbiter ignosce, si peccasse impru-
denti petitione videbor. Vale vir nobilissime et Amplissimo
affini tuo D. de Willem meis verbis (mihi grave est) salutato in-
scriptum exemplar fac tradatur. Midd. elburgi Zelandiae 14 Idus
Aprilis 1621. In nooni m. di. Kirchstraat h. 2. Qu. Vas
de weduwe van Gerard Smit.

Hug. 37.

Ulls
Isaacus Groterus

Mys & Eer

Constantin Huygens Rid.
der, heer van Zúlichem,
Raad & secretaris van hys
Hoogheit Prince van Oranje

St. 13

&

Sgravenzage